

tur? quia gladius Petri est, non Christi. Converte gladium tuum: quia tuus est recondatur; si foret meus, bene educeretur. Et quare non Christi, sed Petri, est? quia infimos vulnerat. Dei ferrum altiora impetit capita; nec evaginatur, nisi coram Deo exactissime impiorum causa trutinata. Primo Angelos cecidit rebellantes, dein hominem expulit comedentem. Oliva l. 4. Strom. ib.

Erant signa in sole, & luna, & stellis etc. Luc. 21. 25. Hinc videas, non primo stellas Judicii flagella sentire; sed novissime. Id. ib.

Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo. Luc. 23. 32. Duo hi latrones erant. v. 33. Itaque solum in orbe grassatur furturn? ubique pendulos et patibulo latrones video; ubique pannofos, qui, ne morentur, pauculos argenteos furati sunt, mori cerno. Ubi adulteri, Gomorrhæi, pauperum tigrides, homicidae, usurarii? vereor, ne multi pereant; non quod aliena rapiunt, sed quod raptoribus nihil dare queant. Plurimos ad furcam traxit, non scelerum copia, sed pecuniarum inopia: si plura rapuissent, non raperentur. Pereunt, non quia furati sunt; sed quia nihil superfluit e furto, quo se redimant. &c. Vix primarium virum pendere vidissemus ob scelera, nisi Deus Abfoloni quercum vertisset in patibulum, & comam in laqueum. 2. Reg. 18. 9. Laudanda Assyria, quæ Amanum principem ligno affixit. Deus est, qui contra solem tribunal primores iussit crucifigi. Num. 25. 4. Oliva t. 2. Strom. S. Ducebantur & alii duo.

Num. IV.

Punitur, auget, non minuit, auctoritatem.

Vocavit nomen Domini, qui loquebatur, ad cap: tu Deus, quod vidisti me. Gen. 16. 13. Agar ab Angelo de fuga monita, iustaque ad Sarum regredi, eique subici, quasi pro Deo honorat Angelum, a quo & secleris reprehensa, & servituti reddita. Id. l. 2. Strom. S. Dixit Dominus ad Abraham &c.

Scient Aegyptii, quis ego sum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone. Ex. 14. 18.

Ego autem constitutus sum rex ab eo. Pl. 2. 6. Ut te regem probem, quid ages? reges eos in virga ferrea v. 9. Non tam regium est, arcus extrudere, arcus explicare, consules designare; quam fornices destruire, parare carceres, peccantes procribere. Oliva ib.

Immo quidam fecit cœnam magnam. Luc. 14. 16. 17. Hic non dicitur rex, cum fruit convivium. Intravit autem rex, ut videret discumbentes - tunc dixit rex ministris &c. Id. ibid.

Num. V.

Punit, non spoliat.

Invenit cadaver eius prostratum in via etc. 3. Reg. 13. 28. Leo, qui virum Dei occiderat, quod panem comedisset, ab eo ablinuit, & ab alio: non comedit leo de cadavere, non laxi assium. Est leo? interfecit non obedientem Numini; sed noli eo vesci: tuere faciamus, excuba, non vora. Dei iustitia cum Adam perculit, vellivit, non spoliavit. Olivat. 2. Strom. S. Percusserunt me.

Percusserunt me, & convolverunt me; tulerunt pallium meum mihi. Cant. 5. 7. Belle fugillar excubias urbium, hoc est, Præfides, & Judices. Percusserunt errandam, cur spoliat? heu! suspecta severitas est, quæ percudit, & denudat. Timeo, ne magis peccarit pallium, quam sponsa; si pallio caruisset, caruisset & vulnere. Hirudo, non vindex, es; si pungis, ut sugas. Id. ib.

Ungues eius quasi avium. Dan. 4. 30. Sunt Judices, qui ungues habent aquilinos, & leoninos: nam, quæ parva sunt, repellunt. Si quid autem pretiosum, unguis sunt, & rapiunt. Pinna Ethol. 147.

Ece nos reliquimus omnia. Matth. 19. 27. Sedebitis iudicantes v. 28. Judices Christus facit contemptores divitiarum: hi enim diuites sunt iudicaria potestate. Id. Ethol. 117. Cur viri pauperes in Judices eliguntur? S. Thomas Aqu. 3. p. q. 89. a. 2. quia pauperes voluntarii soli Christo inhaerent; ideoque nihil in eis est, quod iudicium à iustitia deflectat.

Pii II. Pont. gnome erat: litigatores sunt aves, Judices rete, Advocati aucupes. Cornel. in Habac. c. 1. v. 14.

S. XII.

De Judicibus malis; & iniquis.

Um esset ministris regni illius, non reddi iudicatio. Sap. 6. 5. Ille non recte iudicat, qui arbitrium sequitur voluntatis, cœlitate vero, & pio, iudicio rationis. Non recte iudicat, qui præstat aures mendacis, qui leviter credit, qui autram hominum sequitur, qui opinionem tenet, qui non examinat, qui corrumpitur &c. Simon. Cass. l. 14. c. 15.

Lavis manus quidem Pilatus. Matth. 27. 24. Sed, facta non dicitur. Judex enim nec invadit cedere debuit, nec timori, ut face-

guinem innocentis addideret. Monuit uxor; lucebat in nocte gratia, Divinitas eminebat; nec sic à facit legæ sententia temperavit. S. Ambrosius in Luc. 23.

Ego non quero gloriam meam; est, qui querat, & iudicet. Joan. 8. 50. Indicat, neminem debere esse Judicem in causa propria. Causa, amor proprius. Didacus Nyss. f. 3. Dom. 4. Quadr.

Quoties ex potestate vestra insolentis, atque delinquentis (alloquitur Judices) in festinissimo baculo Christi caput percussit. S. Laurent. Just. de triumph. c. 14.

Qui vulgarem favorem captare contendunt, aut aliquo à veritate Dei seclantur, aut deviant à iustitia; arundine caput Christi percussit. Simon. Cass. l. 13.

TITULUS XXVI.

JUDICIUM EXTREMUM.

S. I.

Figuræ, Symbola, nomina.

Ex Veteri.

R Equievit Deus die septimo, Gen. 2. 2. Intelligit S. Greg. Nyss. de die Judicii or. 2. in hom. procreat. Quiescent juvenum studia; nulla erit de nuptiis consultatio; nulla suscipiendorum liberorum cura; nulla parandi auri sollicitudo. Hic dies septimus illius diei septimi signum, & nota.

Mensus est avos funiculos etc. 2. Reg. 8. 2. id est, mensus est Moabitis duobus funiculis: unus fuit mortis; ut eo quasi mensi, id est, à Davide designati, & dammati, occiderentur: Alter vero funiculus fuit vitæ; ut eo mensi, & à Davide designati, in vita servarentur, per funiculos duos intelligit duas sortes, occidendorum, & servandorum in vita. David, id est, Christus, in die Judicii. Matth. 25. 33. faciet duas fortes; unam salvandorum, alteram damnandorum. Pl. 30. 16. in manibus tuis fortes meæ. Cornelius hic.

Psalmi 6. titulus: In finem in carnis. Psalmus David proclama. Oclava Domini signatur adventus; quando, finita Seculi hebdomada, ad iudicandum venit Mundum. Unde & Psalmus hic, qui poenitentiam primus est, cum tremore maximo facit initium: Domine, ne in ira tua arguas me. Castidiorus hic. Communiter dicitur, per octavam hoc loco significari diem ultimi Judicii, quæ erit octava: quia sequitur post sex dies hujus vite laboriosos, & post septimam quietis sanimarum. Bellarminus hic.

Ab altitudine diei timebo. Pl. 55. 4. Sensus est: & ego, tamen tam multos habebam inimicos; tamen non ab illis timebo; sed ab altitudine diei timebo, id est, à divinis Judiciis, quæ procedunt ab altissimo lumine, quale est in meritis; quod lumen omnia penetrant, etiam intima cordium. Id. hic.

Tecum principium in die virtutis tuæ. Psalm. 109. 3. Dies virtutis Filii illa est, in qua orbem terrarum iudicaturus, merita singulorum secundum opera sua retribuet. S. Cyrillus Alex. in Joan. l. 1. c. 1.

Verba Eccl. 8. filii David regis Jerusalem. Eccl. 1. 1. B. Petrus Dam. l. 1. de Nat. B. V. tria Salomonis nomina adaptat Christo sic: filius regis, & rex, non solum Filii Dei, sed etiam Deus, Salomon, id est, pacificus est nobis in hoc exilio. Ecclesiasticus, id est, Concionator erit in Judicio. Idida, id est, gloriosus erit in regno: in exilio amabilis, in Judicio terribilis, in regno admirabilis.

Si annis multis vixeris homo, - meminisse debet tenebræ temporis. Eccl. 11. 8. id est, dici Judicii. Dies illa, dies ira, - dies tenebrarum. Sophon. 1. 15. & dierum multorum; qui dies sunt, seu anni, æternitatis: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. In die bonorum ne immemor sis malorum; & in die malorum ne immemor sis bonorum. Eccl. 11. 27. S. Bonav. hic.

Mietis falces, quoniam maturavit messis. Joel. 3. 13. Messis est consummatio Seculi: tunc enim Angeli quasi falce demtent homines; impioque prement quasi in torculari. Corn. hic.

Ex Novo.

Facite fructum dignum poenitentia: jam enim securis à radice arboris posita est. Matth. 3. 10. Auth. Imp. hom. 3. hic: Securis est antiquissima ira consummationis; quæ totum præcisura est Mundum. Et si posita? quare non præcidit? aut si interim præcisura non erat, quare posita? quia rationabiles sunt arbores, & in potestate habent, facere bonum, & non facere: ut videntes, ad radicem suam posita esse securim, timeant præcisionem suam, & faciant bonum.

Circumstante etc. Luc. 19. 43. Potest intelligi de peccatore ad Judicium accedente; qui circumstante à multitudine accusantium iniquitatem. Pl. 29. 13. circumstante me mala, quorum non est numerus. Coarguitur in districtione divinarum Judiciorum. Ad terram profertur in latrone sententia. Et tandem omnino evertitur in acerbitate poenarum, S. Bonav. hic.

tis? plus sibi timet ab irato vultu, quam ab irato Leone. Alvarez Illustr. 40.

Erubescet Luna, & confundetur sol, cum regnaverit Dominus etc. If. 24. 23. Tunc, inquit S. Hieron. erubescet Luna & confundetur sol; cernens homines, qui suo fruebantur lumine; nihil dignum sua bonitate fecisse; qui solem suum oriri facit etc. Confusio, & verecundia, quasi operiet faciem eorum; quod talibus hominibus sua luce, & influentis, servierint. Sed id horribilissimum, quod Christus sol; propter Divinitatem; & Luna propter Humanitatem; qui hilarem vultum ostendit iustis; & poenitentibus; rebellibus ostendit lugubrem, terribilem; furore plenum: exprobrans eis, quod sanguinem pro eis in Passione fuderit: qui antea clamabat misericordiam, nunc iustitiam, & vindictam. De Ponte in Cant. 2. Exh. 9. 8. 3.

Aspicebam in visione noctis. Et ecce cum nubibus caliginosis filius hominis veniebat. Dan. 7. 13. horuit spiritus meus. v. 15. Non verè, sed imaginariè tantum, hoc videbat. Petrus Dam. l. 4. ep. c. 5. omnia hæc extremi Judicii indicabant imaginem. De Castillo Illat. 111.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Transfiguratus est ante eos. Matth. 17. 2. Qualis futurus est tempore iudicandi, talis apparuit Apollolis. S. Hier. in Matth. hic. Dic mihi nunc o peccator: si Discipuli Christi tam iusti tantopere timerunt, videntes Christum in nube cum majestate; & audientes vocem Patris tam gloriosam, tamque dulciter resonantem, nec de poenis comminatum: quantum timebunt, & terrore concutientur, improbi in die Judicii, quando audient; se male dixisse. Diez Transfiguratio.

Abiit hi in invisibilem altitudinem. Matth. 25. 46. Abiit? sponte igitur abiit. Cœcidideram à Deo cogendos, à demonibus rapiendos. Quis ad mortem damnatus ultro, & lubens, eat ad supplicium? Iam: quia tantus erit terror à facie divini Judicii; ut eligant potius sponte ire in Infernum, quam irati Judicii videre vultum. Paoletti D. 1. Adv.

Canis fecisset quasi flagellum. Joan. 2. 15. Ostendit in vultu suo Christus aliquid terribile, si liceat fulgoris radios procedentes; quibus hostes externi resistere saltem in verbo non audent. Abulen. in Matth. 21. q. 79.

Videbunt in quem transierunt. Joan. 19. 37.

Cum videret eum, cecidi ad pedes eius. Apoc. 1. 17. Quare cecidit tamquam mortuus? qui, qui priusquam ista conspiceret, stare se in iusticie culmine, quasi Christi discipulus, & dilectus præ cœteris præstulabat. Ubi divina claritas luce, & iusticie splendore, perfusus est; quidquid sibi de ipso complacuit, despexit. Unde & quasi mortuus ad Domini pedes cecidisse dicitur: quia nunquam tenebras suas mens humana dijudicet; quam cum divine sapientie luce, & iusticie, quæ de cœlo est, veritatem agnoscit. Joachimus Abb.

Et de ore eius protexit gladius, ex utraque parte acutus. Apoc. 19. 15. O spectaculum horribile! lingua illa tam amabilis, & suavis, quæ nunc nos invitat ad veniam; & tunc erit acutus gladius ad vindictam. Dietz. cont. 1. de Adv. Dom.

Profus horreo incidere in manu Dei viventis! volo vultui ire iudicatus præteritari, non judicatus. S. Bernar. in Cant. l. 55.

Venit Dominus cum tanta majestate, & potestate; quod totus Mundus timebit, & tremet. Venit enim instat potentissimi Regis, qui venit ad civitatem sibi rebellem cum gentibus armorum &c. S. Vincentius Ferr. l. 1. d. 1. Adv.

Gregorius Turon. l. 1. de gloria MM. refert Crucem pretiosam mirabili margarita inserta. Illam qui aspicit, si absque ullo peccato mortali sit splendilo, & fulgido quodam fulgore coruscet: si scelerum veluti sit obnoxius, nebula, & obscura, nigra apparet. Talis apparebit in die Judicii.

Fratres quidam inter Complexoriorum preces, re quapian ad risum eos provocante, dissolutè ridebant. Unde repente, & magno fragore Christi Crucifixi effigies, quæ super ostium Chori pendebat, verso ad Fratres vultu, indignationem erga rideutes indicavit; quam & illi fenserunt. Nam ex tremendo fragore, & commotato Christi vultu, statim tabescentes, qui præcipui fuerunt in culpa, paucis post diebus mortui. Lucas Vadingus t. 1. Annal. ad ann. 1253.

Urbs est Indiæ Orientalis Thama, emporium celebre; omni vitiorum genere, luxurie imprimis, ac vindictis infamis. Quibus cum finem nullum, summo cum Christiani nominis dedecore, poneret: ecce tibi pleno die, inspectante populo, in medio aere Crucifixi species apparet, tribubus oculis, ac forma corporis acerbissimas civibus minas intentans. Interea sensim evanescit trepidantibus omnibus: cum subito in ejus locum succedit avis quedam mirabilis; & cujus rostro hæc distinctè audita: statim videlicet Dei vultus iram in vos detendere. Nec mora longa: cœlum caligine inhorrescere, nicare fulmina, mugire tonitrua; venti exurgere horridi; quibus homines sublimè abrepti, ac in oxin valles, & præcipitia, directè expiari; terram totam succedere insoliti; quibus plurimi absorpti. Mare, quod urbem alluebat, in-

Vox magna clamavit: Lazare veni foras. Joan. 11. 43. Magna vox Saluatoris; quæ Lazarum resuscitavit, Symbolum est magnæ cæcæ, quæ sonatura est in communi resurrectione. Theophylactus in Joan. hic.

Excursus est sol cum ardore. Jacobi 1. 11. Ardorem solis sententiam dicit districti Judicii, quæ reproborum decor temporalis in sine consumitur. V. Beda hic.

Habentem in manu sua falcem acutam. Apoc. 14. 14. Falx, quam manu tenebat, consummationem est symbolum: nam ipse quoque Dominus Seculi consummationem per messem designat. S. Andreas Cæsar. l. 15. hic.

Dies illa Judicii, dies Domini vocatur: quia illa die unicuique pro opere suo iusta merces à Domino recompenatur. S. Hieron. ferm. de Adv. D.

Sol in Leone. Lem: Geminat incendia. Christus Judex. Picinelli.

Vide Tit. Crucifixus.

S. II.

Judicium quam horrendum.

Timeur iratus homo, & Angelus.

M Oyses iratus, - arripens vitulum, quem fecerant, combussit etc. Ex. 32. 20. Miror populum illum terrore percussum, & ætonium, Moyse voce, quasi quicquid terrifici fulminis examinatum. Unde hic pavor? Abulen. q. 30. Licet Deum illum diligenter, quem colebant; pro quo fabricandum spoliaverant se auro: tamen ad præsentiam Moyse vitulum illum conculantis, & in eorum confusione maximam destruentis, nullus aliquid faciebat: qui invaserat illos timor, & tremor. Et subiungit: Moyse in reditu suo fuit in vultu terribili, emittens aliquos radios de vultu suo, ad terrorem malorum, ut non auderent ei repugnare. Arcones in If. 3. v. 13. Disc. 1.

Cumque operiret vultum, non calcebat. 3. Reg. 1. 1. Quærit Abulen. unde tantus rigor Davidem invaleret, ut is nullis dein stragulis à frigidis membris pellici potuerit? Respondet ex sententia utriusque Gloffe: orum id frigus ex timore, quo vidit Angelum percipientem numerato populo. 2. Reg. 24. 17. Timuit enim valde, & cecidit in terram; & in tantum inde conturbatus est; quod usque ad mortem mansit in eo timor iste, & in frigidatio. Quod confirmat 1. Paral. 21. 30. non prævaluit rex ad altare. S. Videm ita perculit Angelus iratus, gladiumque manu vibrantem, licet ab illa iusticie provocare ad tribunal misericordie posset; quantum horrorem adfert Christiano horistica illa dies, quæ iustus Judex nudabit gladium severæ iusticie suæ: quam nullæ mitigare preces, nulla patrocinia inflectere poterunt. Didacus Nyss. f. 2. D. 1. Quadr.

Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris. Joan. 19. 12. 13. Ubi hoc Pilatus audivit, mox adducit foras Jesum, & sedit pro tribunali. S. Aug. dicit: tunc iliano obverfat cepisse vultum Cesaris truce, iratum, terribilem; eoque perortum, ut in Judæorum postula concederet. Si representatio hominis irati tantum valuit contra rationem, & iusticiam; quid non operetur in Christiano considerato terribilissimi vultus, quem Christus Judex præferet, nè in flagitia præcipitis eamus. S. Ambrosius lib. ad Virg. lapsi f. mente cererent homines peccatores, quæle Judicium immineret. Mundo; sensus humanus non dispergeretur vanitate seculari. Didacus Nyss. ibidem.

Vide Esth. 15. 10. Daniel 9.

Narrantur viri graves, qui alias neminem metuebant, solabantque cum principibus liberè, familiariterque agere; cum ad Philippum II. Hispaniarum regem, aliquid petiti, accederent, ac rex in eos oculos suos cum regia gravitate deheret; confertatos obtulisse: ac licet rex comiter eos invitaret, ut sua proponerent; tamen nè verbum quidem essari potuissent. Corn. in c. 15. Esth.

Cæsar Augustus oculis ceu fulgure terrebat intuentes. Unde quidam cum aliquens, ac toto corpore tremens, oculos in terram demisit. Imperatori miranti, & causam querenti, respondit: quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Aurclius Victor lib. de vita, & morte Imperatorum.

Quam magis Christus iratus.

Ex Veteri.

A facie tua abscondat. Gen. 4. 14. ait Cain. Abscondi vult à facie Dei nè eam videat iratam, à facie tua abscondat, quæram omnes latebras, petam profunda terrarum, spulnecæ &c. Si hoc tam acerbum est in Caini iudicio, quantum erit in Judicio extremo? Arcones in If. 3. 13. Disc. 1.

Tota die verecundia mea contra me est; & confusio faciei meæ compertus me, à voce exprobrantis, & obloquens, à facie inimici, & persequentis. Pl. 43. 16. 17. Si urfos David, & leones, strangulavit; cur confusio animi turbat à facie inimici, & persequentis. R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

tumescere, lare omnia ad quatuor milliaria inundate. Stabant in portu septuaginta naves orientalibus mercibus onustæ; & hinc inter se collisse, absorptæ omnes. Neque hic finis: mox lapidosa grandine maxima pars hominum, & junctorum, sub dio propter terræ motum excubantium, intererunt. Visebantur variis in locis erectæ Crucifixi, ac Crucis imagines, veteris olim pietatis monumenta; sed neglecta pridem, ac fuligine obrita, subito evanuerunt omnes, totidem patibulis eorum in locum succedentibus; quibus superstitres gravissimè exterriti in cavernas se abdidierunt, ab irato Deo ad misericordem corde contrito profugientes. Lyraus de imit. Chr. pat. cap. 5. cap. 8. ex historia Indica ad annum 1618.

§. III. Judicium tremendum à voce Judicis.

Timentur vox irati hominis, & Angeli.

Alieni autem Ananiam verba hæc, cecidit, & expiravit. Act. 5. 5. Non Petrum hic existimare debemus interfecisse Ananiam; sed illum non sustulisse acritudinem verborum Petri. Paolenti. D. Sexag.

Tremefactus Felix. Act. 24. 29. Vox Pauli eum, utpote adulerum, tyrannum, percellat instar tonitruum. Stimpium Præfide percussit Paulus, dum coram eo stare subditus, & vincitus; quomodo percussit eum, quando cum Christo, & Apostolis, sedebat super thronum, eum judicans? Corn. hic.

Philippus II. Hispan. Rex mendacii convictum nescio quem à domesticis, ad eò tribus hæc verbis percussit: sic me decipis? ut is domum reverfus paulo post ex morore, & pudore, & obierit. Doultremanl. 2. 5. Sect. 1.

Juvenis leno, lutor, blasphemus, somniavit in somno nocturno, se tractum ad Judicium Dei; ubi videbat Christum, B. V. & Sanctos; & coram Christo aducebantur animæ, quas singulas interrogabat: quid fecisti pro me? Et cum hos vocaret ad gloriam, illos damnaret ad poenam; juvenis plenus timore dicebat de me miserum! quid dicam, quando interrogabit me? quia nihil boni feci. Et post pauca fuit vocatus à Judice, cui dixit: quis es tu? reddere rationem vite tue. Tunc juvenis excitatus totus incauit, & pœnituit, sepe confessus, & sanctus effectus. S. Vincent. Ferr. f. de corona Domini.

In vitis Patrum Monachus quidam, qui negligenter vixerat, & grotans rapus fuit ad Judicium; & invenit matrem suam jam mortuam cum his, qui judicabantur. Illa, ut eum vidit, obstupuit; & dixit illi: quid est hoc fili? & tu in hunc locum condemnatus justus es venire? ubi sunt sermone tui, quos loquebaris dicens: volo salvare animam meam? Confusus, & rediens ad se, inclusit se pœnitens, & plorans negligentiam suam: cumque multi eum rogarent, neminio fletu se laderet; noluit consolari, dicens: si improprium matris meæ sustinere non potui, quomodo Christi, & Sanctorum in judicio potero sustinere? Cornelius in Deut. c. 32. 13.

B. Veronica de Binaico, quod est Longobardie oppidum, anno 1445. nata, permilla coli à Leone X. narravit aliquando fororibus: Missæ facerente Sacerdote quopiam die, juxta altare genuflexam foretrem curiosos apæxi. Verum Angelus tanta severitate me increpuit, ut diem extremum clausura fuerim, si corpori meo mens me juncta foret talla sustinens. Heu! quam ingens horror fuit ille Angeli arguentis; quam dura verba; quam terribilis vultus! Ex vita B. Angelæ de Pulinio.

Quantò magis irati Dei Judicis.

Ex Veteri.

Vocem tuam audivi, & timui. Gen. 3. 8. 10. Cum audivisset vocem Domini Dei. Hebr. Judicis, deambulantis in paradiso, abscondite se Adam. Ad Dei vocem loquentis extimuit Adam; quid si iratum vultum videret? Certè primum, & maximum reprobationis supplicium extremo in judicio illud erit, quod iratam Dei faciem ferre non poterunt. Alvarez Illustr. 40.

Loquere tu nobis, & audivimus. Ex. 20. 19. Data Lege perterriti, ac pavore concussi, steterunt procul dicentes Moysi: loquere. Hinc deducit Philo I. de somniis: si Deus amice loquendo, & salubria dando præcepta, tam sublime innotat, ut ejus voces sustinere non possimus; quid erit, si minas intenderit, aut poena afficiat.

Tonabit Deus in voce sua mirabiliter. Job 37. 5. Sicut rugitus leontis, ita terror regis. Prov. 20. 2.

Percutiet te virga oris sui. II. 11. 4. Virga oris, est actus objurgatio, & increpacio. q. d. Christus peccatoribus non adlabitur; sed spiritu fortitudinis armatus liberrimè gravissimis verbis objurgabit homines terrenis desideris deditos. Corn. hic.

Tunc, semper, filii, patiens fui: sicut parvulus loquar. II. 42. 14. Parturiens cum dolore eiecit hoc, quod in intimis temporibus longo gestavit. Qui ergo semper fluit, sicut parturiens loquitur: quia venturus Judex, qui sine ultiore diu facta hominum pertulit, quando; cum fervore examinis, quasi cum dolore mentis, quantæ animadversionis sententiam intus servaverit, ostendit. S. Greg. mor. l. 10. c. 17. Quid hoc summe Judex? semper tacuisti? cujus frequenter minæ per prophetas. Semper

patiens? unde diluivum? ignes Sodomæ? Ægypti plage? &c. Quia omnes hæc minæ, & poenæ, si cum æterna damnationum poena conferantur, non verba, sed sententia; non tormenta, sed blandimenta reputanda. Ideo ait, *fluit, tacui patiens fui*; quamdiu in eos non fulminavit damnationis sententiam. Sylveira in Apoc. 4. 3.

Vidit Balthasar manum in pariete scribentem judicium ejus, & genuerunt ad se invicem collidabantur. Dan. 5. 6. Quid erit audire tonitruum illud: *discedite à me maledicti*. Præ timore arescent homines. Luc. 21. 26. ad Signa præambula Judicii: hæc ariditate disponitur ligna ad continuò ignem superventurum. Oforius D. r. Advent.

Leo, rugies quis non timebit? Amos 3. 8. Quis non timeat Judicem potentissimum, sapientissimum, justissimum? Potentissimum, quem nemo potest effugere; sapientissimum, quem nemo potest latere; justissimum, quem nemo potest corrumpere? Innocentius III. P. l. 3. de cont. Mundi. c. 14.

Ex Novo.

Et audientes Discipuli ceciderunt in faciem suam. Matth. 17. 6. & timuerunt valde. Cur pavent Discipuli? Si vox Patris solum enuntiaret illa verba: *hic est filius meus dilectus* &c. non adiceret sequentia, *ipsum audite*, forsan non inhorrescerent: cum verò adjungitur, *ipsum audite*, expavescunt, & tremunt. Cur? quia Christo, tamquam Legislatori, & Judici, obsequium ab Apostolis præstandum injungitur. Albertus M. *ipsum audite*, quasi Legislatorem. Hinc Matth. 3. 17. in bapesimo Christi ad illam vocem, *patente celo* licet, nullus terror, nec metus injicitur audientibus; quia non adjicitur, *ipsum audite*. Observat id Card. Cajetanus, in bapesimo Paterna vox non dicit, *ipsum audite*; sed modo hoc addidit, propter mysterium. Tunc enim regeneratio, modo doctrina significatur. Et propterea tunc factus fuit testificatio, quòd est Filius; modo oportuit testificari, quòd est Doctor audiendus à Mundo; præsertim de futuris in alia vita, quæ Jesus prædicabat: propter quæ transfiguratio ista patrat. Arcones in I. 3. Disc. 1.

Jesus clamans voce magna emisit spiritum. Matth. 27. 50. Unde tot effectus prodigiosi in Dominica Passione: vel scissio, terræ motus, petrarum contritio, monumentorum apertio, mortuorum resuscitatio? Quenam est causa? vox Dei; cum Crucifixus clamavit voce magna. Paolenti. D. Sexag.

Superat æternam poenam irrisio ista stulticia. S. Basiliius hom. in divites. Intolerabilis dolor est, igne perenni comburi, conscientie verme rodi, horrido; & angusto carcere contineri; intolerabilior est impio illa stulticia, quam ab omnibus hominibus, demonum turbis, Angelorum choris, supremi Judicis ore damnatus capiet. Bæza l. 5. c. 8. conc. 6.

Dixit eis: ego sum: abierunt retrorsum &c. Jo. 18. 6. Locutus est, & ceciderunt retrorsum. Quòd mihi legiones Angelorum? quòd celestem exercitum? vox Domini sola plus terret. S. Ambr. lib. 10. in Luc. Qui ceciderunt ad unam vocem Christi moritur, quid facient sub voce judicatoris? S. August. tr. 47. in Joan. Quid non poterit Majestas ejus judicatura, cuius hoc potuit humilitas judicanda? S. Leo l. 1. de Pass. *Ego sum*, inquit. Quod verbum illam manam ex ferocissimis congregatam, quasi quodam fulminis ictu stravit, atque percussit; ut omnes illi atroces minaces, atque terribiles retroacti corruerent. Ubi sevitie conspiratio? Ubi ardor iratum? Dominus dicit: *ego sum*; & ad vocem ejus turba profestruerunt impiorum. Quid non poterit, &c. Id. ibid. Quid judicaturus faciet, qui judicandus hoc fecit? S. August. t. 111. Si illa vox mitissima, *ego sum*, non minus, quam tonitru terre fecit; quid illa vox terribilis *discedite* &c. Sylveira hic.

Et de ore ejus gladius acutus. Apoc. 1. 16. Per hunc Christi gladium accipit sententiam condemnationis, ipsamque condemnationem, & punitionem æternam; qua Christus impios in die Judicii efficacissimè, & dirissimè feriet; & adieritque in gehennam, seu mortem secundam. Ita Rupertus, Beda, Andreas Jerol. apud Corn. hic. Gladius ab ore procedit; quia sententia finalis ab ore, ite maledicti. Nota cum Viega: Christum triplici modo gestare gladium. 1. accinctum Pf. 44. 4. accinge gladio tuo. 2. in ore, ut hic. 3. in manu Pf. 13. *nisi conversi fueritis*. Hic est in puniendò Dei progressus: accinctus ostendit potentiam, ut te terreat; in ore, ut deterreat; in manu, ut percussat. Ex. 15. 9. *evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*. Sylveira hic q. 68.

§. IV.

Judicium horribile ob alias causas.

Ex Veteri.

At illa venit ad eum ad vesperam. Gen. 8. 11. In illo extremo diluivio non erit arca, ad quam confugiant peccatores; nec columna, quæ pacem ferat; nec olea, quæ misericordiam efflorescat. Fernandus hic.

Si iniquitates observaveris Domine, & Domine, quis sustinabit? Pf. 129. 3. Si nobiscum severus Judex agere volueris, non misericos Pater; qui stabit ante oculos tuos? S. Aug. hic.

Visto

Visto dura nuntiata est mihi. II. 21. 2. 3. propterea repleti sunt lumbi mei dolore, coram cum audierim. Quæ visto tam mirabiles effectus in eo operata est? vidit Jerusalem evertendam &c. Hodierum Evangelium nuntiat nobis eversionem non unius civitatis, aut regni, sed totius universi. Diez conc. 1. de Adv. *Tendit arcum suum*. Thren. 3. 12. In arcu quanto longius trahitur chorda, tantò de eo districtior exhibit sagitta: sic extreme Judicii dies, quanto longius differunt, tantò cum venierit, de illo districtior sententia procedet. S. Ambrosius l. 2. de Cain c. 9. longævitas Caino indulta vindicta est. Cornel. in 1. Reg. 15. 2.

Diavera, die illa, Soph. 1. 15. Dies hujus vitæ est dies gratiæ; illa erit Judicii, & sciz: quia in illa die Deus omnem suam iram per sex milia annorum collectam, totam simul, uno impetu, quasi torrens, effundit in impios. Erat dies angustia: quia, si improbi aspiciant sursum, videbunt Judicem iratum; si deorsum, flammam; si retro, sordentes voluptates; si ante, æternitatem; si ad latera, angelos se relinquentes, diabolos invadentes; intrus conscientiam accusantem, & flagellantem. Erat dies calamitatis. Sept. necessitatis, ob inevitabilem sententiam; à qua nemo poterit liberari. Erat dies perditionis: quia & famam, & vitam, & læticiam, & animam, & omne bonum perdent in æternum. Erat dies sumptus; quia in tanto, & pene infinito, damnatorum numero, horrendus erit strepitus, clamor, & ejulatus, maledictiones, & blasphemia. Erat dies desolationis: quia ibunt in tenebras exteriores. Erat dies desolationis: quia privabuntur omni solatio; & replentur omni morore, & tristitia. Corn. hic.

Scindatur mons Olivæ ex media parte sui ad Orientem, & Occidentem. Zach. 14. 4. S. Hieron. Cyrill. Theod. centent, hanc scissionem fore quadrifidam in modum Crucis ad quatuor Mundi plagas; ita ut mons Olivæ scindatur primò ab Oriente in Occidentem; deinde duæ illæ partes discissa rursus scindantur in Aquilonem, & Meridiem. In die ergo Judicii Christus descendens in montem Olivæ cum sua Majestate, per ingentem terræ motum concutiet illum quo motu se findet, & ampliabit, ad capiendos omnes homines judicandos; fietque fissura, & vorago ingens uque ad gehennam; ut in ipsam proficiant non tantum reprobi, sed etiam Electi; gaudeantque mirificè, quòd horridum illud ignis barathrum, in quod videbunt tot impios demergi, per gratiam Christi evaserint. Corn. hic.

Ex Novo.

Hæc omnia tibi dabo, si cedens adoraveris me. Matth. 9. 4. Marci 5. 6. videns Jesum à longè cucurrit, & adoravit eum. S. Chrysol. f. 17. quid est, diabole? quem trina tentatione provocabas ad lapsum; quem promissione regni, ut te adoraret, & subdolis ambiebas; nunc tremens, & miserandum prolaberis, & adorans. Agnoscunt, agnoscunt Deum, Judicem constituent; clamant, te judicium debere. Ad potentis timent conspectum, adorant modo Judicem, quem paulo antè despexerunt jejuni. Naxera in Jos. 9. §. 7.

Venientem in nubibus caeli. Matth. 24. 30. Cur venturus sedens super nubem? quia nubes generatur ex vaporibus terræ: quia rigor illius Judicii ex terra, ex nostrorum peccatorum exhalationibus provenit. Sylv. hic q. 15.

Clamor factus est. Matth. 25. 6. Quis est iste clamor? nisi quæ Apostolus. 1. Cor. 15. 5. 2. in illi oculi, in novissimâ euba. S. Aug. f. 23. de decem Virgin.

Pater! peccavi in calum, & coram te. Luc. 15. 18. Cur meminit se peccasse in cælum? cur non contentus dicere, *peccavi coram te*: ut dicebat alius peccator Pfal. 50. 6. *vixi soli peccavi*. Quia, dum se sinit tribunali divino, non solum Deum iratum meminit, sed etiam cæli in se armatos exercitus metuit. Titus Bostr. haud secus firmamenti faciem metuit, atque accusatoris cuspiam voces. Illa ipsa lumina, quæ modo vitam tibi balant, tunc solum responsum mortis dabunt. Nec est creatura tam hominis amica, quæ, instante Dei sententia, accusatoris, imò carnificis, personam non subeat. Bæza t. 3. l. 13. c. 1. §. 1.

Erunt signa in Sole, & Luna. Luc. 21. 25. Cum in domo aliqua dominus mortuus est, videntur plura mæroris signa: famuli lugubribus vestibus induti plorant; omnia querelis, & lamentis perfonant. Mundi hujus dominus homo est; & tunc omnes homines morituri sunt: ideo omnes creaturæ doloris signa dabunt; sol, tamquam lugubri veste indutus, obscurabitur. O infelix peccator! cur tu propria mala non defices, cum causa tua omnes creaturæ trisitent. Diez conc. 1. in Adv. Dum supremi Judicis sententia inibat, nil nisi crudelè, etiam in amicioribus, expecta. Quis homini amior, quam sol, luna, & stellæ? De influxu astrorum vivit homo; quòd acceptum refert, quidquid juvenum, & necessarium, habet. Sed ecce omnes hos favores mutatos in sole, luna, & stellis; in quibus jam non licet videre aliam quam signa horribilia, signa mortis, & calamitatis extremæ. Unde hæc mutatio? nisi ex instante jam supremi Judicis sententia. Bæza ante cit.

Virtutes colorum, movebuntur. ib. idest, sanctissimi viri timebunt, Matth. 25. 9. *nè foret sufficit nobis, & vobis* &c. Bong Virgines! cur tam duræ estis in forores? tantillum olei procurastis, ut nec modicum aliis valeatis porrigere? sed in districti Judicii adventu quævis abundantia disparat. B. Cæcilius Arelat. hic: tantus horror, & tanta exinanitio erit in die Judicii; ut etiam illi, qui misericordiam oleum se intelligunt abundantius procurasse, metuant, nè eis possit ad omnia peccata redimenda sufficere. Nemo tot meritorum cumulos repositos habebit, qui, dum ad tribunal Christi accedit, non dubitet, an satis sibi providerit. Quis plura congestit opera misericordiarum, quam Job? *oculus fuit cæco* &c. c. 29. 15. omnium rerum sustinuit jacturam; & tamen ait c. 7. 21. *Si manè me quæseris, non substulam*. S. Hier. ait, solem obscurandum ad Christi comparationem, quo tempore è cælo descendit. Similiter S. Chrysof. sol obscurabitur, non quia destruetur; sed quia luce adventus Christi superabitur. Idem putat, Euthym. Theoph. V. Beda in Luc. 21. apparente vere lucis gloria, omnia Mundi lumina tenebris, umbrisque, comparatur. Sic S. Aug. f. 130. de temp. tanta erit eminentia splendoris in Christo, ut etiam clarissima cæli luminaria, quam Ægyptia tribus diebus, abscendantur. Secunda interpretatio: non esse reipà obscurandum Solem; sed hoc loquendi modo metuitam indicari temporis illius, & calamitates. Solet enim mœsticia, angor, & calamitas, nomine caliginis, & tenebrarum significari, ut S. Greg. docet in Job c. 18. 16. Sic loquitur Isaias 13. 10. de Babylonis eversione. Sic Amos 8. 9. de captivitate Israhelitarum. Ezech. 32. 7. Sed non probatur hi duo sensus: primus; quia sol, & luna lumine carebunt, antequam Christus è cælo descendat; ut signum Judicii præbeat. Secundus, ex verbis Christi patet, in se obscurandum, & mutationem fore, sicut in Passione Christi: vel quia divina virtute suo lumine privabuntur, vel quia aliqua corpora opaca interponuntur inter ea, & terram. Probabile est, per plures dies hæc tenebras duraturas; & credibiliter pluribus, quam Ægyptia tribus diebus. Ex. 10. 22. Stelle de cælo cadent; idest, lux earum cessabit, perinde ac si cecidissent. Et virtutes colorum commovebuntur. S. Hieronymus, per virtutes colorum Angelos intelligit. Ita etiam Chrysolostomus. Euthym. Theophylactus, Augustinus. Commovebuntur scilicet ad faciendam insolita opera. Secundò virtutes, idest, vires colorum, movebuntur; ita ut, amissa pristina virtute, ipsi cæli deficiere videantur. Bæza D. 1. Adv.

Virtutes colorum movebuntur. Luc. 21. 26. Ipsi Angeli, & primæ Virtutes, turbabuntur, terrebuturque in terribilibus immutationibus universi. Theoph. hic.

Venientem in nube. Luc. 21. 27. Non erunt hæc nubis pluviis roantes, terraque refrigerantes; sed nubis tempestuosa, ignem spirantes, flammis jacientes. Rupertus.

Et factus est dolor ejus. Luc. 22. 44. Quid pro se ille, cum in agonia esset, peteret; qui in terra positus cœlestia cum potestate tribuebat. Sed appropinquante morte nostræ mentis in se certamen expressit; qui vim quandam terrores, ac formidinis patitur, cum per solutionem carnis æterno propinquamus Judicio. Sanct. Greg. lib. 25. in Job c. 17. Unde tanta anxietas dolorum plena? Representabatur innocentissimo agno; quòd ad tot Judices, & tribunalia; trahendus esset; inde tanto pavore, angore, & dolore, affigitur; designans, quis futurus sit timor, & anxietas hominum in morte, cum ante tribunal severissimi Judicis sunt sistendi. Sylv. hic.

Sic venit, quemadmodum &c. Act. 1. 11. Sic venit ipse in corpore, in ipsa veritate; nobis in amore, in impiis in tremore. S. Aug. f. 17. in Ascensu.

Voluntariò peccantibus vobis, post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquatur pro peccatis vestris; terribilis autem quidam expellatō Judicis. Hebr. 10. 26. 27. Etiam timor Judicii malis returgentibus est poena inenarrabilis, & gravior, quam gehenna. S. Anf. hic.

Expectabant omnes pavidi sententiam Judicis, qui nescient, sinte audituri, venire &c. ad discidit &c. S. Basiliius Seleuc. f. in Transfig.

Quid ibi virgula deserti patietur, quando cædrus, quæ in Libano est, concutietur? quid miseri homines mortales facturi sunt, quando Angeli timebunt? Haym. Ep. D. 2. Adv.

§. V.

Judicium horribile ob mysterium Incarnationis, & priorem misericordiam.

Figura, & Symbola.

Per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Ex. 13. 21. Ut significetur, Christum in die, idest, in vita justis esse nubem, idest, blandum; sed in nocte, idest, vita peccatoris, quasi ignem, & terribilem apparere. Rursum Christus in die, idest, in hac vita, ostendit se lenem, ut nubes; sed in nocte, idest, morte, judicio, & gehenna se quasi ignem formidabilem ostendit. Corn. ex S. Greg. hom. 21. in Evang. hic.

Fac tibi duas tubas. Num. 10. 2. Per has Rupertus accipit duos Christi adventus: primum in carne; secundum ad Judicium: primum Christus insonat, poenitentiam agite; secundo insonabit, ite maledicti & Corn. hic.

Lapis saluus est mons magnus. Dan. 2. 35. In petra exaltauit me. Pl. 26. 6. Nota differentiam inter lapidem, & petram: nam lapis est politus; petra magnus, & rudis. Christus potest dici petra: quia conteret in Iudicio inimicos suos, Lapis autem, quia parvus natus, & humilis. S. Bonavent. in Pl. 26.

Fallo vespere dicitis &c. Matth. 16. 2. Abulens. q. 9. ait: in hac serenitate, & tempestate temporum, designari duos Christi adventus: primus in carne; & tunc est tempus serenum, rubicundum caelum sanguine Passionis suae, cum omni misericordia, qua nos redemit. In secundo autem adventu tempestas erit, quando ad iudicandum venerit: tunc erit moeror, & calamitas, & rutilabit triste caelum; apparebunt horribilia signa in sole, & luna; & erit magna tempestas in reprobos aeternae condemnationis. In primo adventu Christi fuit serenitas gratiae; in secundo ad Iudicium erit tempestas vindictae, & gehennae. Ita ille.

A cuius conspectu fugit terra &c. Apoc. 20. 11. Gravissima hominis mansueti iracundia; gravissima tempestates post diu serenum caelum; iudicium post tantam misericordiam gravissimum. Magis perterret repentina ira post longam clementiam: horrida vox, discite a me, post tam benignas appellationes, venite ad me. Oforius D. 1. Adv.

Gladius oleo tinctus. Levitico accitur. Quis oleo leni obutum ferrum exacti posse cogitasset? Id vero in illo die insigniter fiet: Oleum enim misericordiarum, & gratiarum; quibus hic à Deo perfusi fuerint ingrati peccatores; acuet tunc quidem indignationem, & iram inflammabit. Didacus Nyss. D. 2. Adv.

Mollis quidem est, & blanda aeris, & nubium, natura; horrenda tamen ex illi fulgura prodeunt. Sic blandissima est misericordia Dei; at ex illa supplicia metuenda, & stupenda prodeunt. Barradius Dom. 9. Pent. 1. 3. l. 7. c. 9.

Testimonia.

Ex Veteri.

Senactibz ingenti cinctus exercitu apud Ierosolimam iram Dei incurrit. à filiis percussus. 4. Reg. 19. 37. Cur non cum reliquis occubuit, quos Angelus coecidit? Tollit q. 30. hic: fuit ad inferendam ei poenam majorem: erat enim pejor omnibus viris suis; & volebat enim Deus punire accerrime, occisus est à filiis suis, à quibus maxime diligi debebat. S. Ephrem de vita Religiosa: illic misericordissimus ille Abraham immisit, & immisericos reperit. Et qui pro Sodomois, ut salvarentur, fuerat deprecatus, & in se callosederunt, peccatore non supplicabit.

Univeris via Domini, misericordia, & veritas. Pl. 24. 10. Duo adventus Filii Dei; unus miserantis, alter iudicantis. S. Augustin. hic.

Diligis misericordiam, & iudicium. Pl. 32. 5. Ante Iudicium misericordiam diligit, & post eam prorogam ad Iudicium venit. S. Basilus hic. Quod quidem Deus ad misericordiam propensus sit, perfectissimum habeo: quod autem etiam accerrissimas ab his, qui ipsius misericordiam contemnunt, poenas exiget, tum scriptura, tum res ipse testantur. Quamobrem, ne benignitate, ac misericordia sola, freti, peccemus; verum iustitiam etiam cogitantes respiciamus. S. Isidor. Pelus. 4. 3. ep. 71.

Dabo clavem domus David super humerum eius &c. Mt. 22. 22. Innuitur Filius hominis Cruce[m] portans in humeris. Iudicii die signum Filii hominis patebit in horribilibus iudicium peccatoribus. Efcobart. 3. Proph. Chr. Obf. 1.

Dixi, in vacuum laboravi &c. ergo Iudicium meum cum Domino. Mt. 49. 4. q. d. Christus: ego manifestavi nomen tuum, & Pater i hominibus: feci, quicquid potui pro eorum salute, usque ad crucem, & mortem. Iudicium ergo huius causa tibi committo Pater: tu iudica, cuius culpa factum sit, ut tam pauci ex his sint conversi, & salvati, ait S. Hieron. eosque, qui meos labores spreverunt, & in se callosederunt, iudica, & puni. Cornelius hic.

De angustia, & de iudicio sublatus est. Mt. 53. 8. S. Ambros. 7. in Luc. cum aliis sic legit: in humilitate Iudicium eius sublatus est. q. d. si quis nosse velit, quam terribilis, & inexorabilis in tremendo illo Iudicio Christus apparebit; ex humilitate eius facile dignoscet: vilis enim, quae praecessit, futurae maiestatis mensura est. Pinna Eth. 86.

Congregabo omnes amatores tuos. Ezech. 16. 37. quod iuxta Theodoretum, hunc sensum habet: per ipsos amatores tuos ulciscar te. Ab illo vapulare, qui amaverit, cruciabilissimum. Minatur Deus Ierosalem hic non ferrum, non ignem; sed his omnibus aliquid immanius: congregabo &c. Nec enim tam grave est, cum Deus vindictam sumit per eos, qui oderunt; quam cum ad ultionem adhibet eos, qui diligebant. Didacus Nyss. ser. 6. Dom. 2. Quadrag. 5. 6.

Ex Novo.

Quid ex istis videre? hominem mollibus vestitum, &c. Matth. 11. 8. Cum dicitur, exiit videre hominem, idest, Christum mollibus vestitum, loquitur personam poenitentibus. Secundum primum adventum est indutus mollibus vestibus, scilicet misericordiae. Apoc. 1. 13. vidi vestitum pedere, Zons charitatis aurea &c. in secundo adventu duris, & ferreis induitur. Sap. 5. 19. induit pro thorace iustitiam - accipiet armaturam Zelus illius &c. S. Vinc. Ferr. l. 1. D. 3. Adv.

Unus est bonus Deus. Matth. 19. 17. q. d. Non ab homine affecto expectes bonitatem, sed rigorem. Unus est Deus, qui inter injurias novit bonus injuriantibus esse. S. August. l. 1. de Trinit. c. 13. quid me interrogas, inquit, de bono? idest, illam formam, quam vides, quid interrogas de bono; & vocas me, secundum quod vides, Magistrum bonum? hoc forma Filii hominis est; hoc forma apparebit in Iudicio, non tantum iustus, & huius formae visio non erit in bonum eis, qui male agunt. Minus enim scit homo misereri, quam Deus: hae ipsa humana Salvatoris figura; maxime in Iudicio; torquebit malos. Beza l. 3. c. 4. 5. 40.

Domine, Domine, aperi nobis - Nescio vos. Matth. 25. 11. 12. Querit Chrysol. cur ipse Christus, & non Angelus, responderit: id factum; ut gravius torquerentur, ab ipso sponso repulsam passis; quibus & gehenna durius hoc verbum, nescio vos, fuit. Quod enim sponsum, à quo dulces complexus, & amoris plurima blandimenta sperabant, ipsos eis ob oculos caelorum fores obturavit; majorem id eis tunc moerorem intulit. Didacus Nyss. f. 6. D. 2. Quad. 5. 6.

Separabit eos ab invicem, sicut pastor separas oves ab haedis. Matth. 25. 32. Et unde Pastori benignissimo tam terribilis actio separandi haedos ab ovibus? ut damnationis interminabili igni committat? An Pastor hic commenta? Certè Dominus dixerat Joan. 10. 11. ego sum Pastor bonus; bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Si Christus, inquit, Pastor bonus, animam suam dat pro ovibus suis; quid mirum, si memor tanti benefici, tantaeque ingratitude hominum, ab ovibus Pastor haedos segregat damnandos. S. Anselmus: sicut Pastor, qui animam suam posuit pro ovibus suis, segregat oves ab haedis. Efcobart. 5. Proph. Chr. l. 2. Obf. 1.

Sacerdos quidam nomine Zacharias - & uxor illius - & nomen eius Elisabeth. Luc. 1. 5. Cur memoratur parentes Joannis, & non Eliae? Hugo Card. Elias praeco secundi adventus sine patre, & matre. Subito ideo fit: quia Joannes Praecursor fuit in testimonium carnalis generationis. Elias Praecursor erit in secundo adventu; ubi carnalis generatio locum penitus non habet, sed spiritalium. In primo adventu venit Filius Dei, ut esset frater, & consanguineus noster; & ideo in ejus Praecursore carnaliter propinquus, & parentes recententur. At in secundo adventu, in quo ut Iudex apparebit, in ejus Aeterniano nulla carnis indicia notantur: quia in eo nullus consanguinitatis, nec patris, nec matris affectus; cum rectus Iudex ab his omnibus sit alienus. Sylveira hic. q. 9.

Ece posuit est hic in ruinam. Luc. 2. 34. q. d. hic tener infans, hic dulcis Salvator, hic mitis agnus, tandem aliquando terribilis leo, inexorabilis Iudex; pro quibus sanguinem fudit. Intolerabile est enim, poenas inde accipere, unde expectabas pietatem. Didacus Nyss. D. infra Ocf. Nat.

Pater Abraham miserere mei! Luc. 16. 24. Modo agnoscis Patrem; & modo tibi Patrem te esse nescis. Infelix! quem sic ipsa origo arguit. Infelix! cui in Iudicio non misereri genitor, non Pater ignoscere, non affectu potuit subvenire. S. Chrysol. f. 122.

Videtur civitatem, flevit super illam. Luc. 19. 41. Quia vidit, flevit: nos vero, quia non videmus, non flemus. Si videremus nostrae civitatis, idest, animae nostrae, mala, fletum, Videre, & flere, oculorum est; iisdem, quibus videmus, oculis flemus. Solus hominum plorat, qui ratione praestat; reliqua animalia rationis expertia etiam carent fletu. Quamdiu in utero matris latet infans, non plorat; prodiens in lucem plorat. Si quamdiu in utero ignorantiae est homo, mala sua non desert; lucem veritatis intruens lacrymat. Heu quot homines, instar infantium, malorum suorum oblitii, male securi, licti, absque lacrymis! Postquam vero scelera, postquam se inquinaverunt, gravissima, Dei Maiestatem, quam laeserunt, iustitiae divinae rigorem, poenarum certum aeternitatem: lacrymis, & contritione, cor perfundunt. S. Aug. l. de anima c. 46. Salomon ait Eccle. 1. 18. qui apponit scientiam, apponit dolorem: quia quanto magis homo sua mala intelligit, tanto amplius suspirat, & gemit: Barradius t. 1. l. 7. c. 10. D. 9. Pent. Flevit Dominus super Ierosalem, supplicium tamen sumpsit gravissimum. Misericors est, quod lacrymae dicant; sed iustissimus, quod poena indicat. Non fuerant lacrymae impediendo poenitioni, nec misericordia iustitiae. Idem ib.

Tunc videbitur Filium hominis venientem. Luc. 21. 27. Quia Filius hominis, magis horribilis apparebit, quam si sub forma Dei iudicaret. Quid homines de Filio hominis non sperabunt? imq

Imò quid non timebunt? Etenim post tot humanitatis documenta, post illud Incarnationis ineffabile signum, tot crimina perpetrata homines; ipsius Humanitatis potentissimis irrita. Haymo: filium hominis in Iudicio visuri sunt: quia in forma Servi ad Iudicium venturus est. In forma Servi? o quam humilis! imò quam terribilis apparebit! nam qui formam Servi redempturus Servus advenit; post tot, ac tanta, benignitatis documenta, formae illius memor, terribilius iudicabit ingratos. Efcob. t. 5. Proph. Chr. Obf. r. v. 27. Notandum, quòd, qui in maiestate veniens, quod poterat esse occasio laetitiae, mortemque inde venire, eade[m] vita nasci poterat. Didacus Nyss. f. 2. Dom. 1. Quadrag. 5. 1. Qui pati venerat, exercere Iudicium nolebat. S. Greg. hom. 18. in Evang.

Iesus autem rufus fremens. Joan. 11. 38. à lacrymis, & compassione, transiit Dominus ad fremitum minacem: post misericordiam sequitur rigidum Iudicium Dei. S. Aelredus spec. charit. l. 3. c. 26. Salvator pius erga suos indutus affectum; ruituram civitatem compassione mirabili deploravit. Nihilominus tamen civitatis scelera (summa calamitas) iniuria exigere iustitiae castigavit. Beza t. 2. l. 8. c. 3. §. 31.

Ece homo. Joan. 19. 5. Homo severissimus ultor injuriarum: unde maxime timendus Iesus ut homo. Divina providentia actum est, ut praetermissio, quod erat Dein Iesu, idolum perfidis Iudeis panderetur, quod hominis esse videbatur. Quid perniciosius miseris offendi potuit, quam homo? Naturam hominis ideo à Verbi divini persona assumptam putat Theodoretus, ut persona divina humanae naturae rigorem temperaret; sic enim ait S. de Nativ. non enim per assumptam naturam hominis peccatorem absterret; sed personae humilitate ad familiaritatem, & amicitiam provocat. q. d. ideo persona divina humanae naturae admitteret: ne deterriti à natura hominis peccatores caderent; sed divinae personae affabilitate illecti farent. Sola enim hominis natura ex se horrenda est, & maxime prope metuenda in castigatione. Beza lib. 4. c. 3. §. 40.

Sic veniet, quem modum vultus eius non viderunt oculi. Act. 1. 11. Viderant eorum formae servus; viderant in manibus, & pedibus ejus, fixum clavum; viderant laetitia eius vulneratum; & talem susceperat nubes ab oculis eorum. Grande, & dulce gaudium intuentium, quia talis elevatus est: & grandis timor, ac tremor expectantium; quia, & sic veniet. S. Rup. de oper. Spir. S. l. 9. c. 8.

Ad divitiis bonitatis ejus - tholavae tibi iram. Rom. 2. 4. 5. Ideo bonitatem, patientiam, &c. divitiis vocat: quasi in aperto positas, & quotidiano usu expendendas; iram autem thesaurum, quasi in abscondito positum, & solum ultimo die referendum: ut illi, qui cum Jezabele acceptum poenitentiae tempus peccatis impenderunt, inde acutus puniantur: quòd reservatis in ultimum mortis, & Iudicii diem poenis, impune, & quasi securè vivere permittuntur. Ramirez in ep. 4. Apoc. 2. v. 22.

Quid dilexit nos - ecce venit in nubibus. Apoc. 1. 7. Nota feriem textus. Cur praemittit memoriam de Christi D. amore, ut de Iudicio dicat? quia tam iratus, & rigidus apparebit; ut, nè alius pater Iudex, necesse fit exprimere, quòd ipse erat, qui dilexit nos, & lavit sanguine suo. Ita enim ira ejus amorem abscondit; ut quis estimare possit; quòd aut numquam nos dilexerit, aut alius fit tam rigide iudicans. Sylv. hic.

Cruciantur igne, & sulphure, in conspectu Angelorum, & ante conspectum agni. Apoc. 14. 10. Haec erit maxima poena: videbunt se damnatos non à crudeli Deo; sed à Deo tam misericorde. Nadafi Confid. Mort.

Ex Patribus, & aliis.

Deus, quantum Patris pietate indulgens semper, & bonus est; tantum Iudicis maiestate metuendus est. Quam magna deliquimus, tam granditer dessemus. Poenitentia minor crimine non fit. S. Cyp. lib. de lapsis.

Quantum te peccantem, ut convertaris expectat bonitas indulgentis Dei; tantum in te, nisi conversus fueris, ejusdem Iudicis censura procedet. S. Chrysolomus hom. de militia Christi.

Quantò diutius Deus nos expectat, ut emendemus; tantò districtius iudicabit, si neglexerimus. S. Bernard. Medit. cap. 2.

Dominus, & Deus noster misericors, longanimis, & multum misericors; & verax: quam largiter prorogat misericordiam in praesenti Saeculo, tam severe minatur Iudicium infuturo. S. Aug. l. de chor. c. 11.

Ille pro commissa nobis salute rationem exacturus est, qui pro nostra redemptione damnatus est. Qui tantum contulit; scit, quantum reposcat. Novit, quanti illi constiterit homo suus. Non ergo viles nobis sumus, qui tam pretiosi Deo sumus. Nihil ille à nobis abjectum, nihil mediocre suscipit: vult

conferre cum generositate pretii dignitatem redempti. Euseb. Emif. hom. 1. de Symbolo.

Venit Salvator, non ut iterum iudicetur; sed ut iudicet iudicantes. Qui prius in iudicio tacebat, deinceps dicit iniquis: hae fecisti, & sicut. Psalm. 49. 21. S. Cyrill. Ierosolim. Catech. 15.

Noli contemnere Dei misericordiam, si non sentire vis justitiam: ex magnitudine indulgentiae magnitudinem ultionis attende. Immenus est enim Deus, & infinitus in iustitia, sicut & in misericordia: multus ad ignoscendum, multus ad ulciscendum. S. Bern. f. 1. in Epiph.

Naturale est, ut, qui tardè irascuntur, postquam ad iracundiam provocantur, fortius commoveantur. Quia vero Iesus sic modò est pius, sic benignus; sicut crudelissimus omnibus peccatoribus tantam nunc misericordiam contemnentibus, dum venit Mundum iudicaturus: tunc enim simul, & femel, & iustus blandus, & impiis apparebit iratus. S. Bonav. f. 25. de Circumc.

S. V I.

Iudicium horribile ob Crucem, & Passionem.

Una apparebit signum Filii hominis in caelo. Matth. 24. 30. Apparebit signum Crucis, ut per hoc iudicium corum condemnatio appareat, qui tantam misericordiam neglexerunt. Et ut dolores, mortem, & opprobria, quae tantus Rex pro hominibus pertulit, ante oculos eorum ponat, & increpet ingratitudinem. S. Th. Aqu. Add. q. 90. a. 2. ad 5. Apparebit autem tunc Crux, clavi, & lancea Christi; quia ad confusionem ingratorum ostenduntur ab Angelis.

Eras signum in sole. Luc. 21. 25. Manifesta Dei beneficia, Sol, luna, stellae, & caetera creaturae, in usum hominis condita. O ingrati vicem! Iudicii die tot habebit carnifices ad exitum, quot à Numine beneficia acceperat. l. 2. Reg. 18. 9. Adhuc capite ejus (Abfolonis) quereis, & illo suspensus inter caelum, & terram, malus, cui insederat, pertransivit. S. Ambr. ait: quere Cruce[m] Christi figurari, beneficiorum maximum in Cruce, in qua Christus suffixus, Abfolon triplici lancea transigitur. Potuit Abfolon in Crucis gremio adhuc vivens tot documentis pietatis uti ad poenitentiam; & contempsit? merito igitur ab ipsis immente pietatis brachiis occiditur. Efcob. t. 5. Proph. Chr. hic Obf. 4.

Et vestitus erat veste aspersa sanguine. Apoc. 19. 13. quia tunc pretiosus Christi sanguis pro te in Cruce effusus representabitur; ut te tunc pudeat, eo ad salutem tuam non usum. Diez con. 1. in Adv.

S. V I I.

Iudicium horribile ob rationem reddendam.

Vocavit adversum me tempus. Thren. 1. 15. Vocavit Deus tempus adversum impios in die Iudicii. Accusabit eos, quòd tempus venie, gratiae &c. perdidit in malis voluptatibus. Dicebat Hippocrates de medicina: vita brevis, ars longa, experimentum periculosum, occasio praecipis, iudicium difficile; ideo maxima adhibenda est cura. Idem dicit sibi Fidelis de arte bene vivendi, & moriendi, in hoc tempore exiguo. O Christiane! advertite vite breviteratem, & artem serviendi Deo longam, & difficilem: experientia est ardua; & occasio labitur: adhibe ergo maximam diligentiam. Corn. hic.

Cuius est haec imago? Matth. 22. 20. Oportebit intergeri veritatem omnem animam in Iudicio exhiberi discutendam, si immaculata servata est, si aliam impressionem accepit; si ubi, quando, quae causa, quo scilicet, à quo, aliam male artis impressionem accepit. Et si abolita est illa scriptura naturalis, & virginalis iustitiae; quae non atramento, aut aliquo stylo, sed divina virtute fuit scripta in cordibus humanis. Simon Cass. lib. 11. cap. 50. Cum anima peccatoris coram Domino praesentatur confusione plena, voce horribili interrogat eam Dominus dicens: cuius est haec imago? &c. S. Bernardus t. 1. f. 14. a. 3.

Esuriit &c. Matth. 25. 42. Prima, quae in divino tribunal tractantur, sunt pauperum negotia. Sic pauper est charus Deo, ut ejus causa sit prima, quae in Iudicio agitur. Sylv. hic.

Quanta quis cura accedit reatitatus quod didicit Praeceptor? aut etiam operis manuum redditurus pensum Praeceptor? Et nos de hora illa quare non sumus solliciti; quando totius nobis vitae reddenda erit ratio? S. Ephrem in illud Attende tibi. c. 6.

In illo die tremendo aperietur liber Passionis Domini, in quo sunt Crux, clavi, lancea, corona spinosa, & in carne Christi cicatrices, & Christi vulnera. 1. aperientur libri conscientiae. 3. liber vitae. S. Bonav. diet. fal. c. 48.

O infensata mortallium cura in vanis! cum quanta solertia, & cura, annuati rationes suas revident, & praevident, & calculant, & discutunt scelluli mercatores! animae vero suae stolidi peccatores, per plurimos annos peccatis obruta; ac submer-

rationes cum Domino negligunt cum tanto periculo...

In illo magno iudicio nullus poterit per Procuratorem...

In fero mortis, quando veniet ad iudicium, & Christus ei...

In libro Dei scribitur, quidquid pro nobis fecit, & suffinit...

S. VIII.

In iudicio quinam accusatores.

Numquid non dixi vobis: nolite peccare in peccatis... Quot con-

Servator Jerusalem in lucernis. Sophon. 1. 12. Lucerna Dei...

Diffamatus est. Luc. 16. 1. 1. Ista diffamatio apud Deum...

Habes tu litteras meas, & ego tuas: in die iudicii ante...

Contra te parebit Christus, contra te sua vulnera alliga-

Uoiuicque liber est sua conscientia, & ad hunc librum di-

S. IX.

In iudicio nullus excusationis locus.

Et dixit Dominus Deus ad mulierem, quare hoc fecisti?...

ut meremur, exclamabit: quare hoc fecisti? Ubi scilicet nulla...

Invenit scyphum in sacco Benjamin. Gen. 44. 12. Non legitur...

At ille obmutuit. Matth. 22. 12. Quia ibi negandi locus non...

Heu! heu! quam securi, & intrepidum, hoc dicimus, & audimus...

Quam nos, quæso, dilectissimi fratres, in die illa extremi...

Quid faciamus sub tanti iudicii maiestate? quid excusationis...

Omnes ferè Prophete de hoc iudicio aliquid dixerunt. Nec...

S. X.

Iudicium erit sine refugio, patrocinio ullo.

Omnia Israel, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem per-

Frater non redimat, redimet homo? Pl. 48. 8. Frater tuus Jesus...

Zelus, & furor viri, id est, Christi, non parat in die vindic-

S. XII.

In iudicio omnia patebunt: Iudex omniscius &c.

Spende cor contra solum. Num. 25. 4. Ut hac figura procla-

Non accipere tempus, ego iustitiam iudicabo. Mox additur: lique-

Veni saltem in manibus. Cant. 2. 8. Ad iudicium tanquam...

Non in die agnitionis. Sap. 3. 18. Dies iudicii dicitur dies agnitio-

In fine hominis deus iudicium operum illius. Eccl. 11. 19. hoc est, ut...

Non secundum visum oculorum iudicabit. Ier. 17. 3. q. d. homines...

Servator Jerusalem in lucernis. Soph. 1. 12. Cur non potius ad...

Pater, peccavi in oculis, & coram te. Luc. 15. 18. Quomodo...

In conspectu solis tanquam mare vitreum simile crystalli. Apoc. 4. 6.

S. XIII.

In iudicio pudor, & confusio.

Eran viri confusi tu puer valde. 2. Reg. 10. 5. Grave oppro-

Erubescant impii, & deducantur in infernum. Pl. 30. 18.

Viri Dirivita surgent in iudicio cum generatione ista, & con-

Congregabuntur ante eum omnes gentes. Matth. 25. 32. Hoc...

Egressus foras flevit amare. Matth. 26. 57. Exivit Petrus de sta-

Laqueo se suspendit. Matth. 27. 5. Non ferens Judas ignominias...

Mendicare erubescit. Luc. 16. 3. Confusio futurum iudicii per-

& ubi reus plus de conscientia, quam de gehennae erubescit incendio. S. Chrysost. l. 125.

Longe horridior, quam ignis, erit ille pudor, quem perpetuo retinebunt. S. Basil. or. 23. de Iudicio.

Etiam iumenta percuti, occidi, & cremari possunt; verendum non possunt. Tunc homo maxime ut homo patitur, quando pro delictis suis publice confunditur. S. Thom. Vill. conc. D. 1. Adv.

§. XIV.

Judicium quibus non timendum, sed gratum futurum.

Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum rella sunt peccata. Ps. 32. Sed quomodo teguntur, si manifestantur? simile: pretiosa vestis reginae, licet aliqua parte rupta, non ideo rejicitur; sed factor, loco rupturae, aurum, lapillos, gemmas, apponit; ut ruptura nihil amplius habeat dedecoris. Il. 49. 18. loquitur Pater Filio: vivit Dominus! quia omnia his (iustis) velut ornamento vestieris. Ruptura apposita Christi merita, sanguis. Oforius D. 1. Adv.

Letentur, & exultent Gentes, quoniam iudicis populos in aqua. Ps. 66. 5. Quarendum nobis est, quare morietur Gentes letari, & exultare, cum iudicium Dominum dicat facturum? metuere enim potest rea conscientia, cum audit veracem Dominum iudicaturum. Sed de illis dicit, qui jam confessi peccate, formidare nequeunt ventura Iudicia: illis enim non iudex, sed advocatus est Christus, qui se propria confessione damnaverunt. Cassiod. hic.

Quid dicitur tibi? aut quid opponatur tibi ad linguam dolosam? Ps. 119. 3. hoc est, iuxta expositionem Augustini, & Euthymii, quod tibi dabitur antidotum, quare consolatione reficemur, cum te videris vulneratam lingua dolosa? Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoris. Hae tibi sit consolatio, quia iam pacata sunt sagittae Dei in iudicium venturi, honorem tuum defendunt. Oforius D. 1. Adv.

Levate capita vestra, quoniam appropinquat relempio vestra. Luc. 21. 28. Erunt iusti in hac vita iuncti, demisso capite; quos Mundus putat nunquam sua capita levaturos. Dominus autem, loquens de Iudicii die, ait, tunc illos capita levaturos, quando mali dicent mortuis, cadite super nos. Stella de cont. van. p. 1. cap. 61. Supra dixerat, signa Iudicii magnam hominibus allaturam timorem. Nunc suos admonet, ne timeant; cum signa viderint; sed animo sint hilari. Avertant impii pra timore; vos discipuli, & omnes iusti, timeatis; sed respicite in caelum. Caput deiecerit eorum est, quos timor, & moror, premit; caput levate eorum, quos fiducia, laetitiaque, exhilarat. Elcob. t. 5. Proph. Chr. Obf. 7. Sect. 2. §. 2.

Sic venit, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Act. 1. 11. Sic venit; non venit vobis terribilis. Sic venit in ipso corpore, vobis in amore, impiis in terrore. Beati, quibus dicitur, sic venit. Numquid sic venit oculis peccatorum? S. Aug. l. 6. de Ascens.

Salvatores respiciamus D. N. J. C. & Philipp. 3. 20. Expectantes beatam spem. Tit. 2. 13. Sancti Hieronym. hic: qui pie in hoc Saeculo vivit, iuste beatam spem, Christiane adventum, expectat: sicut enim impietas magni Dei reformidat adventum; ita secura de opere suo, & de fide, illum pietas praesolat.

Seu & his, qui diligunt adventum ejus. 2. Tim. 4. 8. Amat Domini adventum, qui illius leges sequitur, & ex illis vitam instituit. Theod.

Judicatio Domino lugubre Mundus immugiet, tribus ad tribum pectora ferient; potentissimi quondam reges nudo latere palpabunt. Adducetur & cum suis stultus Plato discipulis: Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus, & pauper exultabis, & ridebis, & dices: Ecce Crucifixus Deus meus! ecce Iudex, qui obvolutus pannis in praesepio vagit, & c. S. Hier. ep. 1. ad Heliod.

Præbet apud Dominum nobis hominibus peccatoribus fiduciam Deus homo: est nobis spes magna penitentibus, quia advocatus noster factus est noster Iudex, qui non vult mortem peccatoris. S. Eligius hom. 8.

Libenter illius Iudicium subeo, & amplector sententiam, qui pro me miserrimo, & indigno, servo suo, iudicatus, & mortuus est: & ne me damnaret ad gehennam, ad Crucem se damnari permisit. Hunc non recuso Iudicem, quem habui Redemptorem: Agnum, inquam, pro me occisum, hunc Iudicem effragito, hunc desidero, hunc totis viribus concupisco. Non ipse crudeliter accusabo, quia Agnus est. S. Thom. Vill. Conc. 1. D. 1. Adv.

Andronicus Imp. cum postis infusis, indueret religionis habitum, dixit: in die Iudicii extremi sub ea veste religiosa factus est, quam sub purpura. Ionghen Exh. 25.

§. XV.

Iudicium salubriter timetur.

Deus mollivie cor meum. Iob 23. 16. S. Greg. cor mollitur; quando supremi timore Iudicii penetratur; quod fit, quando Dominus aufert cor lapideum, & dat cor carneum. Ezech. 11. 19. idest, molle; quod possit penetrari clavo timoris, vel gladio amoris. Hugo Card. hic.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcani circumdabit me. Ps. 48. 6. Quod me timere faciet in die mala, non est paupertas; quia Iudex non corrumpitur donis: non est humilitas generis, aut status; quia Iudex non respicit personas: non est malitia testium, aut advocatorum; quia Iudex omnia novit: non est potentia adversariorum; quia Iudex neminem timeat: denique nihil aliud est, nisi iniquitas; & non quævis iniquitas, sed sola iniquitas calcani mei, idest, iniquitas extrema vite mea. Bellam. hic.

Qui novit persequi iniquitatem, & pra timore tuo inamtuam dimittit. Ps. 89. 11. Qui novit, quantus fit Deus, ille novit iustitiam, & iram ejus. Oforius D. 1. Adv. Quot iniquitates patitur, tot stillas de Iudicio Dei sentimus. Hugo Card. in Joan. 16.

Non intres in iudicium cum servo tuo. Ps. 142. 2. Sic rogat Deum timens David. Mirandus Iob, qui Iudicium Dei non videtur exhorrescere. c. 13. 18. si fuero iudicatus scio, quid iustus apparebo. Quæ causa dissonantibus in rege, fiducia in Iob? Arguebat Davidem conscientia de adulterio, & homicidio; ideo timebat Iudicium. Iob vero innocens vivit a puero: neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. c. 27. 6. S. Bern. l. 3. de confid. fortitudo tua, fiducia bonæ conscientie; decor tuus, splendor bonæ opinionis. Alv. Illust. 114.

Non intres in iudicium cum servo tuo Domino. 142. 2. Quid ais David? nonne servus Dei es? cur non gaudes rationem Deo reddere? quia sentiebat, Iudicium Dei ad id rigidum esse, ut vix iustus salvari possit. Si servus Dei timet, quid agit servus Mundi, carnis, diaboli? Stella in Luc. 11.

Cum audieritis praelia, seditiones, nolite terri. Luc. 21. 9. Interfurentia praelia jubentur Discipuli non timere; quia licet fiant creaturae, non tamen statim finis est, non inicit ultimi Iudicii pugna; solum illud est timendum. Baeza t. 3. l. c. 4. §. 3.

Timor Iudicii pedagagus est ad pietatem. Sancti Basilius in Il. 11. Anima sterilis, quid agit? quid torpes anima peccatrix? dies Iudicii venit, iuxta est dies Domini magnus, iuxta est velocis nimis dies ira & cetera. Quis dormitas anima tepida, & digna evomit quid dormitas? Qui non expurgatit, qui non tremat, ad tantum tonitruum; non dormit, sed mortuus est. S. Anselmus l. de miser. hom.

Time, quod in die Iudicii ei presentandus es, in cuius manus horrendum est incidere: hic timor intus sapientia dicitur. Psal. 120. 10. Unde est, quod non dicitur, memorare primordia, aut media, sed novissima. Eccli. 7. 40. S. Bern. f. de primordiis, med. & noviss.

§. XVI.

Iudicium cur universale?

Multi homicidæ in lecto impunè defuncti sunt, ubi ergo Dei iustitia? saepe autem, qui homicidia quinquaginta paravit, semel tantum capite plectitur; ubi ergo illorum quadraginta novem poenas dabit? nisi post hanc vitam fuerit Iudicium, & retributio. S. Cyrill. Jerof. Catech. 18.

Virtus non solum meretur premium, sed etiam honorem; imò honor propriè virtutis premium est, & illi maxime debitum. Similiter peccatum non solum meretur poenam, sed etiam confusionem, & verecundiam. Unde iustissimi precipiant Leges Imperatorum, ut delicta publice puniantur: ut videlicet poenam inflictam astantium verecundia, & confusio, committatur. Tunc igitur homo maxime ut homo punitur, quando pro delictis suis publice confunditur. S. Thomas Vill. conc. 1. D. 1. Adv.

§. XVII.

Iudicii memoria suadetur.

Ex Veteri, & Novo. Veniunt ad fontem Malphas, ipsa est Cades. Origenes legit: veniunt ad fontem Iudicii, qui vocatur Cades. Gen. 14. 7. Cades interpretatur Iudicatio, vel Iudicium. Omnis, qui se ad sanctimoniam convertit, habet semper ante oculos suos fontem Iudicii: prospicit enim diem Iudicii. Orig. hom. 10. in Num.

Tulerunt septem (Sacerdotes) ex eis septem buccinas. Iob. 6. 12. 13. Per sacerdotes buccinantes intelligit S. Aug. l. 106. de temp. Conjunctiones de extremo Iudicio, & Angelica tuba. His personantibus muri cadunt: quia ad timorem Iudicii vitia corruunt. Pinna Eth. 99.

Iudicium inter me, & te. 1. Reg. 24. 13. Nihil est, quod magis proficiat ad vitam honestam, quam ut credamus; cum iudicium futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delictent. Sic David, ut Saulem non solum pertereret, sed & corrigeret, ait: iudicet & cetera. Mendoza in 1. Reg. 2.

Iniquitas sunt via illius omni tempore, quæ causa? auferuntur Iudicia tua a facie eius. Psal. 10. 5. Secundum Hebr. Irremediabile periculum est, si aliquid vitii, & cupiditatis, fræna laxare; ut se Deo rationem non meminerit redditurum. Puto, quod jam magna sit peccati poena; metum, ac memoriam, futuri perdidisse Iudicii. S. Aug. l. 25. de temp. apud Pinna Ethol. 99.

Custodite vias Domini, nec impidit gressi à Deo meo; quoniam omnia Iudicia eius in conspectu meo semper. Psal. 17. 22. 23. Nunc dicit causam, quare vias Domini custodierit, aut impie non gesserit: quia iugiter Iudicia ejus terribilia cogitabat. Cassiodorus hic.

Unusquisque vestis super femur suum, propter timores nostrorum. Cant. 3. 8. Ennis super femur, Iudicium divinum; ad quod inevitabiliter imus omnes. Interrogavit quidam Discipulus, factus in magno desiderio vigilandi pro Christo cultu, quemdam eruditionem in placitis moribus senem: quomodo possum bene vigilare, & orare, die, ac nocte? Et ait senex; timor divini Iudicii si fuerit involubiliter tuo cordi præfixus paululum dormies, modicum dormitabis: vigilabis utique, atque orabis; & velut pestem fugies gravem somnum. Experimento didici, nihil facere tan animam vigilem, quam timor inevitabilis Iudicii, & distictæ, atque infuberfugibilis examinationis. Simon Cassianus l. 4. c. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Confidera Iudicii imminente sententiam, & inextinguibiles gehennæ flammæ, & cetera. Relicta Ecclesia, sæcularibus sollicitudinibus implicare. S. Amb. f. 4. de camelo.

Si mentes cererent homines peccatores, quæ Iudicium imminet Mundo; sensus humanus non dispergeret vanitate sæculari. Idem l. ad virg. laps. apud Did. Nyls. f. 1. Dom. 1. Quad. §. 4.

Memineris Iudicii, & non erit scortatio; neque ulla iniquitas apud te invaldefcet: nam dum Dei oblivisceris, tunc deum cogitas perverfa, & iniqua perficis. Sancti Cyrill. Jerof. Catech. 2.

§. XVIII.

Ad Iudicium præparatio.

Ecce parati in diem tertium - Ecce cooperunt audiri tonitrua & cetera. Ex. 19. 15. Dies tres nobis.

Domine, ne in furore tuo arguas me. Ps. 6. 2. Peti, ut ante Iudicium, non in Iudicio, corripatur; quia, qui ibi corripitur, sine dubitatione damnatur. Cassiod. hic.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Ib. v. 3. Infirmis consilio coelestis Medici misericordiam monet: à qua facile impetrantur remedia, cum ostendatur vulnera manifesta. Non enim dixit, quoniam mereor; sed quia iustitiam tuam sustinere non valco. O Clementia magna Creatoris! à Iudice percipimus, quid rei dicere debeamus: docemur pietatem petere; ne nos iustitia possit absumere. Id. hic. Amemus clementem defensorum, quid patiamur severum Iudicem. Id. in Ps. 56.

Ante Iudicium para iustitiam tuam tibi, & antequam loquaris, discito. Eccl. 18. 19. Ad litteram verba hæc cum sint generalia, de quolibet Iudicio sumi possunt. Si accipias de Iudicio extremo, sensus erit: sicut locutus sum prius dicit, quid loquatur: sic tu locutus, & respondurus, Christo, Iudici te examinati, prius hic discere practicè bene vivendo, quod tunc respondeas. Corn. hic.

Surrexerunt omnes virgines, & ornaverunt lampades suas. Matth. 25. 7. Surrexerunt ergo omnes virgines illæ, sapientes, & stultæ, & aptant lampades suas: idest, rationem præparant reddere de operibus suis. S. Aug. ep. 119.

Induamur armis. Sicut in die honestè ambulemus. Rom. 13. 12. 13. Lyranus censet hic non diem fidei, sed diem extremi Iudicii, significari. Sicut in die, felicitè Iudicii, inquit honestè ambulemus. Magna honestè ambulandi ratio; ita ambulare, sicut vellemus ipso die Iudicii ambulare. In die solliciti fuit homines de habitu corporis decentes, non de nocte. Jonghen Exh. 25.

Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum iustum. 1. Jo. 2. 1. Addidit iustum: Iustus namque Advocatus iniustas causas non suscipit: quia iustus defendendos in Iudicio, si nosmetipsos nunc & cognoscimus, & acclamamus, iniustos. V. Beda hic.

Quid eo vel spectaculo gratius, vel fructu ejus dulcius? videre ferta pœnitentia, velut quædam speciosi rutili monilia; corpore uvas, vel aureo colore, vel purpureo, renitentes? Nec advertit, ex his admonerit, o homo! ne immaturus fructus tuos dies supremus inveniat. S. Amb. hexam. c. 12. l. 3.

Nihil futuro Iudicio debet, qui quotidie vota persolverit. Nec est, ne rationem impositorum præferat, quare de die in diem Domino honorum operum fructum iusto labore ditatus obtulerit. S. Valerianus hom. 4. de bono Discipulo.

Iudicii diem Prophetæ vocant diem Domini: quia præsentis dies nostris sunt, nobis dati; ut in salutem utamur. Diez conc. 1. in Adv.

§. XIX.

Judicium ut propinquum spectat.

Juxta est dies Domini magnus, iuxta est & cetera. Velox nimis. Soph. 1. 14. Teridem repetit; cum tamen multis annis à Prophete tempore distaret. Unde dicitur Matth. 25. 19. post minutum verò temporis venit Dominus servorum illorum. Si nullum temporis est ad reditum Domini, quomodo iuxta est dies Domini? Perpetuo Domini desiderio ad remunerandos suos longum erat tempus: At attentæ vite brevitate, iuxta est dies Domini. Hebr. 10. 37. Adhuc modicum, qui venturus est. Sylv. in Joan. 16.

Securis ad radicem arborum posita est. Matth. 3. 10. Securim vocat Iudicium Domini; arbores autem singulos. Theophylactus hic.

Moram facit Dominus meus venire. Luc. 12. 45. S. Rup. lib. 1. in Apoc. familiare mori Prophetarum, & omnium sanctorum vigilium; qui adventum illum vigilanter præviderant, dicere citò veniet, velociter apparet. At verò servus malus putat in tempora longa fieri illud, dicens in corde suo: moram faciet & cetera.

Domine meus auferet a me sollicitationem. Luc. 16. 3. Non dixit auferet de futuro; sed auferet de presenti: quia mortuos, tempusque reddendæ rationis, non ut futurum; sed ut præsens debemus considerare. Sylv. hic.

Quæ oportet fieri cito. Apoc. 1. 1. Cum multa hic revelata pertineant ad finem Mundi, cur dicitur, quia oportet fieri cito? quia etiam longissimum præsentis vite tempus, æternitati comparatum, brevissimum, & momentaneum. Sic Apoc. 22. 7. ecce venio velociter. Sylv. hic.

Ece venit cum nubibus, & videbit eum omni oculus. Apoc. 1. 5. & 22. 20. ecce venio cito. Cur in præsentis q. d. hoc tempus, quod fluit usque ad diem Iudicii, mihi breve videtur. Sylv. hic.

Oportet tanto studio vitam nostram instituire; proinde ac mox de omnibus verbis operibus, & cogitationibus iudicandi esse. S. Chrysost. t. 1. hom. 1. in Gen.

Rationibus nostris consulamus Charissimi, quoniam tempus breve est. B. Ilaas Abb. or. 15.

Miscellanea.

Erunt signa & cetera. Luc. 21. 25. Vilius mihi aliquando, non tam benignè agi cum particulari, quam generali Iudicio; quia hoc tot signa folis & cetera. præcedunt; illud autem tæpe inialuata hospite, sive non præmissa admonitione, præsentatur. Re autem maturius excussa comperit nullum perire, quem Iudicium particulare non persequitur signis admoneat. Signa, ipsa brevitatis vite, mortes aliorum, morbi, & cetera ipsam peccatum. Elcob. t. 4. Proph. Chr. Obf. 7.

Gemamus modicum, ne semper gemamus; plorems modicum, ne in æternum plorems; non parcamus nobis, ut parcat ipse. Quod enim quisque fuerit in seipsum districtior peccatorum vindex! eò illi mitior tunc apparet Iudex. S. Thom. Vill. conc. 1. D. 1. Adv.

TITULUS XXVII. JUDICIA DEI.

§. I.

Non scrutaris. Sente probis solatio.

Ex Veteri.

Custodite vias Domini, nec impidit gressi à Deo meo. Cur? quoniam omnia Iudicia eius in conspectu meo; & ideo iustitias ejus non repuli à me. Psal. 17. 22. 23. Nam invidiam, & capitale odium Saulis, peridas populi persecutiones; diras, maledicta Semei, rebellionem filii mei; & iustitias ejus esse reputavi. Cur enim non haberet jus excecandi Dominus meus, aut me puniendi Iudex meus? qui tam bonus est; ut velit etiam malis bene uti; tam potens; ut e contrariis contraria exprimeret posse. Stengelius Judic. div. t. 1. Procem. §. 4.

Iustitias tuas abyssus multa. Ps. 35. 7. Evadit plerumque fur debitum sibi laqueum; & iustus acinoceens, traditur ad suspendium. Comprehenditur; qui non peccavit, & qui peccavit, laruit tuta fuga. Prævalet homicida, & occidit turor vite Pauperum incenditur domus; & prædonum intacta habitacula manebunt. Dissipatur cisterna ejus, qui scientibus propinabat; neccalia eventum, qui hominum Sanguinem bibunt. A Deo,